terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenni tate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad exercitum ad munimenta vel alijs quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem etiam ultra proximos terminos officij praefati Castren Capitan Belzen dillationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis quasi omnibus suspensionibus fatalijs iuris praescriptione terresti bello convencioneque tum et alijs omnibus iuris remedijs et liteferiis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante

1371

Ozarowskich mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibusque Praemisliensis Generosi Zbigneus Ozarowski ab una et Catherina de Wysokie Podlesie primarum olim Generosi Nicolai Yaskowski ad praesens vero secundarum nuptiarum eiusdem Generosi Zbignei Ozarowski consors legitima parte ab altera cum eiusdem mariti sui uti tutoris naturalis personali assistentia et ultraneo ad infrascripta recognoscenda consensu sani mentibus et corporibus existentes a terris districtibus iudicibus iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo praefatae vero iurisdictioni Castrensi Capitanli Praemisliensi secum successoribusque ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem alliget totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem omnium generaliter bonorum suorum mobilium immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum nunc et in post habitarum et habendarum tum auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum peccorum pecudum equorum equicearum ac totius suppellectilis domesticae habitis et habendis mutuam Advitalitatem et usum fructum advitalem ad extrema duntaxat vitae utriusque eorum tempora Concedunt conferunt et inscribunt in hunc qui sequitur modum Quod si prius praefatum Generosum Zbigneum

1364. 1372

Ozarowska maritum prius quam prædictam Generosam Catherinam Podleska consortem mori et de hac luce decedere contigerit Extunc supraescripta Generosa Catherina Ozarowska Consors sua bona suprascripta omnia et summas pecuniarias morte prædicti mariti sui derelictas, Cum omni præmissorum Iure Dominio et proprietate ac quavis Competentia et prærogativa Cumque omnibus et singulis utilitatibus usibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis qualiter universis nullis exceptis tenebit habebit et possidebit eisque utetur fruetur ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora, Post fata vero Generosæ Consortis extunc prædicta bona et res qualiter omnes Inscriptioni præsenti advitalitatis subiectæ ad successores prædicti mariti ipsius sine quavis Contradictione successorum Consortis suæ redire debebunt. Similiter e converso quod si supradictam Generosam Catherinam Ozarowska Consortem suam prius quam recensitum maritum suum mori et de hac luce decedere Contigerit Extunc prædictus Generosus Zbigneus Ozarowski maritus suus bona suprascripta omnia mobilia et immobilia summasque pecuniarias quasvis nunc et imposterum habitas et habendas morte eiusdem consortis suæ derelictas Cum omni Iure Dominio et proprietate proventibusque redditibus obventionibus emolumentis Commodis attinentiis et pertinentiis in universum omnibus nullis exceptis ad extrema duntaxat vitæ suæ tempora modo et titulo advitalitio tenebit habebit et possidebit illisque uti fruetur, Post fata vero eiusdem mariti sui extunc prædicta bona omnia et res suprascripta iuri præsenti advitalitio obnoxia ad successores Consortis suæ sine qualibet contradictione successorum mariti sui devolvi debebunt, Hac sua recognitione ad præmissa omnia mediante

Ozarowski Consorti Suæ Debet.

Comparens personaliter Coram officio Actisque præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Zbigneus Ozarowski sanus mente et Corpore existens a Iuris Districtibusque Fori Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni se cum

successoribus